



**Chronologiæ Veteris Testamenti Accvratvm Examen
Augustiſimæ, Invictissimæq[ue] Domui Austriacæ
Dicatvm**

Philippi, Henricus

Coloniae Agrippinae, 1637

24. Vtrum Abraham post mortem Saræ duxerit Ceturam. Gen.25.v.1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64340](#)

IN CAPVT XXIV.

GEN. v.1.

Isaac duxit Rebeccā Erat Abraham senex: nempe 140. circiter annorum. Cum enim Isaac esset quadragesima annorum duxit uxorem Rebeccam. Gen. 25. v.20. Intelligo completerum, ut hic assertit Abulensis, & Salianus ann. m. 2174. qui cum Peretio & Cornelio bene notat legationem hoc 24. cap. descriptam proximè antecessisse matrimonium Isaaci & Rebeccā. Nec video cur id à quoquam iure negari possit: qui enim dicunt has nuptias anno 140. Abraham celebratas, de completo intelligenti sunt. Siquidem fatentur Abrahamum Isaacum seniorem fuisse, certum annis ut ex S. Augustino monet Cornelius. Supra enim probauimus anno centesimo primo Abraham currente natum esse Isaacum, qui uxorem duxit triennio à morte Saræ transacto, utclare habet Testatus Gen. 23. Cornelius, Salianus, nec dissentit Bonfrerius hinc.

IN CAPVT XXV.

GEN. v.1.

Abraham & Ceturam. Abraham 1. A brach verò aliam duxit uxorem nomine Ceturam. Quæstio est, vitrum hoc post mortem Saræ contingit? Dubitat Caieranus, eo quod Abraham moriente Sarę fuerit ferè 140. annosum, quæ aetas nouis nuptijs contrahendit non censemur idonea. Scripturæ tamen, (ut fatetur) narratio, si rei gestæ ordini responderet, insinuat hoc factum esse post mortem Saræ.

2. Quod scriptura insinuat, hoc diserte commannis authorum sententia tuerit, puca, hæcse Abrahams nuptias post obitum Saræ cōtigisse. Est S. Augustini & Origenis, locis paulo post memorandis, Sulpitij lib. 1. faciat hist. Tolotti, Del Rio, Peterij Cornelij, Bonfrerij, Menochij in hunc locum, Saliani anno m. 2179. Petavij an. m. 2093. Probatur communi illo argumento, quo sacri historiographi rerum gestarum ordinem seruare cōsentunt, nisi idonea ratio aliud suadeat: qualis hinc nulla occurrit. Sicut igitur post mortem Saræ, post nuptias Rebeccā, Moyles hoc Abrahams matrimonium retulit: ita & reapse contingit putandum est, ut disertè plerique authorum iam citatorum annitorunt.

Obiectio. 3. Solum difficultatem ingerit senectus Abrahams: quomodo enim, aut volunt, aut potuit tam graui aetate liberis operam dare? Hebrei singunt eandem esse Ceturam & Agar, quæ mortua Sarę, post multorum annorū diuortium, ad Abrahams consortium reducta sit. Quod commentum cum retulisset S. Hier. in qq. Hebr. Verum, ait, quod incertum est relinquamus. Alibi tamen simpliciter illa Hebreorum traditionem affert nec refutat, nec multum refragatur Lyratus.

4. Cetera

4. Certa nihilominus & communis doctrina Ceturam ab Agar distinguir, vt cum S. Aug. Origene, Tostato, Cajetano, Del Rio, Pererio, docēt Cornelius, Boſfrerius, Menochius, idq; perſpicuē intelligitur ex ſacro textu, nō modo vulgato, ſed etiā Hebræo, Græco, & Chaldaea paraphraſi, quo Abrahā dicitur mu-
nera dediſſe filiis concubinarum, Agaris nimirū & Cetura. Nec eſt, quod hic E-
nallagen numeri conſingamus: hæc enim nō quadrat, ad planā historiæ ſeriem,
qualiſ hoc loco à Moyle pertexitur: Imo bene monēt paulo ante nominati au-
thores, Agarem iam decrepiā fuifſe, nec amplius ad prolē concipiēdam, à viro
præterim ſene videri habilē. Fuit ergo Cetura iuuençula, cū ex eiusmodi femi-
nis ſenes facile prolē luſcipere ſoleāt. Nec tamē idecirco Abrahamus poſt mortē
Saræ credendus eſt voluiſſe nouis nuptijs laſciuire: ſed diuino, vel iuſtificatiu-
vel præcepto, nec fine mysterio id feciſſe, ut explicat S. August. q. 70. in Gen. & cla-
rius 16. ciuit. 34. his veſibis: *Quid ſibi vult, quod Abraham poſt mortē Sarę Ceturā duxit
vxorē ybi abſit, vt incontinentia ſufficiemur, praeretur illa iā ſtate, & in illa fidei sancti-
tate. Et paulo poſt: Sed profeclū ſicut Agar & Iſmael, Doctore Apoſtolo ſignificauerunt
carnales veteris teſtamēti; cur non etiā Cetura & filiij eius ſignificant carnaleſ, qui ſe ad te-
ſtamentum nouum exiſtiant pertinere?* Amba quippe & vxores Abrahā, & concubina
ſunt appellaſe: Sarę verd nunquam dicta eſt coniubina, ſed vxor tantum. Habent ergo non-
nulla munera filij concubinarum, ſed non perueniunt ad regnum promiſſum &c.

Origenes etiam prolixè hanc historiam proſequens, id ab Abrahamo factū
exiſtimat, quod ſpirituale coniubiū mentis humanae cū Sapientia, nō niſi ſtate
prouecta fieri ſoleat. Alij cauſam huius rei ſufficientē, aut ſaltē ſecundariā au-
mant, vt Deus hoc modo cumulatissimē ſatisfaceret promiſſis, quibus Abrahā
copioſam posterorum multitudinē fuerat pollicitus. Addunt aliqui, vt Abrahamus
ab Ilaaco separatus haberet perſonā, qua ſui in ſene etate, & totius familię
fidelē curā gereret. Abraham igitur cum iam 140. ſtatis annos exegiſſet, Cetu-
ram ducere voluit vxorem: quia ſic Deo placere intellexit. Liberos ad mysterij
iam dicti ſignificationem luſcipere potuit: quia vires ei Deus ſuppeditauit.

GEN. 25. v. 7.

Fuerunt autem dies viue Abrahā centum ſeptuaginta quinque anni. Ultimus viue illius *Eras &*
annus coſtruit cum an. m. 221; à diluio 557. Vidiſ Semum, inquit Salianus, pri- *mors A-*
megeñiū Noe 120. annis, eius filium Arphaxad 58. Cainan 35. Salen 118. Hebe- *brahamiū*
rum 175. cum Rehu abauo 18. annis verſatus eſt, cū proauro Sarug 140. (an po-
tius 141) cū parēt Thare 75. Hæc Salianus, qui recte monet in ſcholijs, Chro-
nologialōge diuersam reperiſſi apud Pererī, eo quod hic ē Patriarcharum ea-
talogi Cainan expungat, & nativitatem Abrahā poſtat anno 70. Thare: quod
faciūt Cornelius, Petavius &c. quorum cōputationi addo 50. annos, propter
Cainan, cui 30. annos tribuo, & natalem Abrahā, quam ad annum 130. Thare
diſcrendam puto.

*Epilogis-
mus vita
Abraha.*

2. Iuuat autem quasi Epitaphij Chronologiciloco, breuem vitæ Abrahæ Epilogismum, prout authores iam nominati fecerunt attexere. Noë vita funitus est anno post dilunium 350. Phaleg 370. Nachor 371. antequam Abraham nasceretur annis 382. à diluvio elapsus. In Chaldæa mōratus est, usque ad annum etatis suæ circiter 75. sub idem tempus, euocatus est è patria, accepit promissionem, venit in Haran: tum mortuo ibidem parente in terram Chanaan, annos 75. natus. Primit decem annis quibus in Chanantide & Aegypto peregrinatus est, inter cetera hæc ei mirabilia contigerunt. 1. Flagellatio Pharaonis propter abducētam Saran. 2. Victoria de quatuor regibus & afferita Lothi. 3. Occursus Melchisedech, benedictio Abrahæ, sacrificium panis & vi. ni. 4. Memorabilis illa Dei apparitio, in qua renouata & confirmata sunt promissiones, & ei prædictus post 400. annorum peregrinationem Hebraorum in terram promissionis reditus. Elapso autem decennio, ex quo in Chananam aduenerat, Agar ancillam ducit vxorem, ex qua anno sequenti, qui erat Abrahæ 86. inchoatus Ismaëlem suscipit. Annos natus 99. Deo iubante circumditur cum Ismaële 14. annum agente: mutatur eius nomen Abram, in Abrahæ, & Sarai vxoris in Sara. Angelos ternos hospitio excipit, qui Isaacum Sara nasciturum prædicunt: eodem tempore subuertitur Pentapolis, & Sarao Abimelechco ablata restituitur. Centum annorum absolvitorum erat Abrahæ cum natus est Isaac, qui post quinquennium ablatur: mox Agar cum Ismaele expellitur. Ad annum Abrahæ 125. Isaac iubetur immolari. anno 130 moritur Sara, annum vitæ 127. gerens. Exacto inde triennio, Abrahæ 140 annorum, senex Rebeccam filio, sibi Ceturam connubio iungit. Interiecit deinceps annis 20. cum Isaac sexaginta, Abrahæ 160. annos haberet, Rebeca gemellos parit, Esau & Iacob, qui cum ad annum 15. adolebissent, auus eorum Abrahæmus tandem vitæ suæ annorum 175. periodum emensus naturæ datum soluit.

3. His commode addit Cornelius: a morte Abrahæ, inquit, usque ad defensionem Iacobi in Aegyptum, qui contigit anno etatis Iacobi 130. fluxerunt anni 115. a morte vero Abrahæ, usque ad egressum Moysis, & Hebreorum ex Aegypto fluxerunt anni 100. Cum ergo Moyses tunc in egressu Hebreorum ex Aegypto esset octogenarius, hinc sequendum natum esse 250. annis post mortem Abrahæ.

Quoto ante æram Christianam anno obierit Abrahæ, variae sunt opiniones, Torniellus & Salianus putant, anno circiter 1840. Cornelius 18.7. Petavius 1862. Bucholcerus 1874. Ego 1827.

GEN. 25. v. 17.

*Æras &
mors Is-
maelis.* Et facti sunt dies vita Ismaelis centum trigesima septem, deficiensq. mortuus est. Promissio Abrahæ facta est annis undecim antequam nasceretur Ismael, quod adi-

ab
Évita
m A
vi que
cepte
Ch
gypto
o Pha
ëtis & vi
ntpro
æon
aneum
t Abe
ccum
in Ab
acum
Sara
ar Abu
gar cu
nno 11
am 14
e dñs de
Rebecca
is eom
iræ del
ad defo
5. A mo
e anni
ac sequa
nt opini
18-7. 1.
eft. Po
1, quo
adu

zditioneris ad 137. quosidem vixit, compieries ultimum annum vite Ismaelis respondere anno à promissione 148.

GEN. 25. v. 26.

Sexagenarius erat Isaæ, quando nati sunt ei paruuli. Erat is annus Abrahami 161. à promissione, sive aduentu in Chanaan 86.

Or. 9. Iacob
Op. E. AH.

IN CAPVT XXIX.

GENES.

1. Quidetur quando nati sint 12. Patriarchæ Iacob filij? Iacob è 4. vxoribus duodecim filios totidem tribuū Patriarchas suscepit, hoc ordine. 1. Ruben ex Lia. 2. Simeonem ex eadem. 3. Levi ex eadem. 4. Iudam ex eadem. 5. Dan ex Bala. 6. Nephtali ex eadem. 7. Gad ex Zelpha. 8. Issachar ex Lia. 9. Ascher ex Zelpha. 10. Zabulon ex Lia, tum Dinam ex eadem. 11. Ioseph ex Rabi. ch. 1. 12. Benjamin ex eadem, ut pater cap. 29. Genesios & sequentibus.

12. Patri-
archa natu-
re ex 4. uxo-
ribus Ia-
cobi.

2. Hinc sacro textu considerato deducitur, Liam septem filios & filiam, intra septennium concepisse & peperisse, ita ut aliquanto etiam tempore dicetur parere desisse. Nam Iacobus uno duntaxat mense post suum ad Laban aduentum, in ijs cum eo septennialis seruitij pactum, quo Rachelem acciperet vxorem. Gen. 29. ver. 14. Transacto hoc septennio, mox Lia, deinde post dies septem Rachel Iacobu nubit; ibid. v. 20. 27. 28. Iosephum autem post suos fratres non vriterinos natum esse ostendit, tum ordo narrationis, quem tenuit Moses Gen. 29. & cap. 30. Tum quod Israel plus Iosephum, quam illos dilexerit, eo quod in sua senectute, nempe post filios Lia, Zelphæ, Bala eum genuisset. Gen. 37. v. 3. Atqui non nisi circa finem anni 14. aut initium 15. seruitur Iacob, natus est Ioseph. Gen. 30. v. 26. Hoc enim nato, cum vellet Iacobus Chanaitidem repetrere, mansit nihilominus sex alios annos in Mesopotamia: argue ita Labano seruiuit annos 20. pro vxoribus quidem 14. pro gregibus autem sexcentum. Gen. 31. v. 38. & 41. Cui Chronologiæ diserte subscribit Status Gen. 29. q. 3. additique cap. 24. Dinam & Iosephum eodem anno natos. Unde manifestum euadit totam Lia sobolem non prius hanc lucem aspexisse, quam annos circiter 14. Iacobus Labano seruiuisset, è quibus 7. ante nuptias cum Lia celebratas effluxerant. Neque verò hic opus est, ad partus septimestes recurrere, aut contra apertam sacræ paginæ narrationem gemellos inducere. Satis constabit temporum ratio, si probabiliter dicamus cum Demetrio apud Eusebium 9. præpar. 4. Torniello & Saliano; ad ann. m. 228. singulis de his mensibus solaribus concepisse ac peperisse. Sic à nuptijs ad Iudam quarto loco natum, quadraginta mense transuerint; inde Lia cessauerit parere. Gen.

Fœundi-
tas Lia.

P. 3.

29. v. 35.